

## 170.

*Der gesammte Convent des Paulinerklosters bekennt, der theologischen Fakultät der Universität jährlich 4 Gulden zahlen zu wollen für die ihr übertragene Aufsicht über die von Sophie der Wittwe des Wedekind von Loh gestifteten Exequien.* 1473 Oct. 18.

*Hdschr.: Or. Perg. Archiv der theologischen Fakultät B. 3 mit dem wohl erhaltenen Conventssiegel an grünseidner 5  
Schmur.*

Nos infrascripti fratres Ulricus Fabri prior et sacre theologie licenciatus, Michael Dam supprior, Nicolaus Beyr baccalarius formatus, Iohannes Schercz, Adam de Wormacia, Wilibaldus Staud, | Conradus Ochsenford lectores, Conradus Wallenfelser, Bartholomeus Kauscat cursores, Cristianus Semeltreter senior et Valentinus Kemperck procurator totus- 10  
que conventus monasterii sancti Pauli | ordinis predicatorum in Lipczk pro nobis nostrisque successoribus publice recognoscimus apices per presentes, quod honesta ac nobilis matrona domina Sophia, relicta strenui quondam militis Wedekint de Loh, pia sollicitudine | et intencione permota pro se et salute anime sue prefatue domini sui et viri eius legitimi defuncti ac progenitorum eius, matura deliberacione prehabita, monasterio nostro quin- 15  
gentos viginti quinque florenos Rinenses sponte et liberaliter legavit et donavit, pro quibus empti et comparati sunt in civitate Hallensi sub contracto reemptionis 21 floreni Rinenses in uno termino, scilicet circa festum purificationis beate virginis<sup>a)</sup> persolvendi, prout in littera originali contractus et emptionis continetur et est expressum, de quibus tamen doctoribus facultatis theologie alme universitatis studii Lipczensis nunc et in futurum 20  
existentibus quattuor floreni de dictis censibus quolibet anno perpetuis temporibus propter superintendenciam et directionem eis commissam dare volumus et tenemur. Ob hoc ex speciali respectu et devocione quam dicta matrona ad nos gessit, instituit et fundavit in monasterio nostro quedam exequialia ut sequitur perpetuis temporibus tenenda sic videlicet, quod quater in anno exequie pagantur cum vigiliis 9 lectionum et missis defunctorum, 25  
quatuor accensis candelis circa tumbam, prime in ebdomada proxima post octavas pasche, secunde proxima ebdomada post octavas corporis Christi, tercie proxima ebdomada post octavas angarias et festum exaltacionis sancte crucis<sup>b)</sup>, et quarte proxima ebdomada post octavas epiphanie. Et ut predicta institucio firmetur solidius perpetuisque temporibus servetur, ordinavit supranominata matrona et domina, ut de dictis 21 florenis ut premittitur singulis 30  
annis sacre theologie doctoribus alme universitatis studii Lipczensis nunc et in futurum existentibus 4<sup>or</sup> florenos in forma et secundum quod nobis soluti fuerint eisdem solvamus et tribuamus, quos eciam vigore presencium predictis doctoribus solvere volumus et promittimus cum effectu propter sollicitudinem et superintendenciam, quam predictis doctoribus prefata matrona credidit et commisit pro dictis exequiis dirigendis et respiciendis, ut sine 35  
interruptione et negligencia singulis annis pagantur, qui possunt et tenentur, si quam ut non speramus per nos in supradictis negligenciam fieri contingeret, nos requirere, inducere et efficere, ut omnia predicta secundum quod instituta et ordinata sunt serventur, quorum